 decurrisset. ut ibi. nō fuisset tāta sanies peccōrū  
 congregata. dñe. quid hoc. nūquid ego ibi. te  
 ponere debeo. sed in thimbrū. est mīa tua ma-  
 ior. q̄ miseria mea. **Sed** iā. de tua mīa cōfides.  
 te p̄sumo sumere. et sic infirmus. accedā ad te.  
 medicū dulcissimū. ut tua liberer medicina.  
 q̄to plus infirmus. tāto plus te indigeo. te  
 me. et in mei liberatiōe. magis apparebit.  
 tue imenitas pietatis. **Accedā** ergo ad te de-  
 um. cōfident. q̄ infinite sūt mīe eius. et secū-  
 fruar. debitis b̄torū. **Aggrediar** ergo ut sp̄o-  
 sa ad sponsum. secūq̄ volo de cetero indissolu-  
 bilē cōmorari. nulli autē alij. volo amplius ad-  
 herere. ut cū ip̄o solo. gaudiū hēam sine fine. **L**



aũt q̄ dicere voluerit corde dicat. non ore. q̄ non  
credo exp̄dire. alia p̄ferre q̄ in ratione haberi.  
**E**t notandũ q̄ scdm̄ iudiciũ meũ. hec duo va  
leant p̄cipue. ad recipiendũ efficaciter istud  
sacramentũ. sc̄z cõpassio mortis xp̄i. et anichila  
cio sui. et quantũ p̄t. vilis fiat. et indignus iõ  
culis suis. Ille qui recipere debz. Cum bñficiũ  
expletũ fuerit. cogitare poterit in corde suo. post  
tã nobilem cibũ. nolo ster cora. degustare. et cũ  
ip̄e. sũma iocunditas sit. nolo de cetero affici.  
circa aliquã creaturã. **S**i aut̄. reficere in mil  
lam hũit sp̄calem. recogitet signũ eẽ. iheru  
tatis uel mortis. Ignẽ eĩm posuit in sinu. et  
calorem nõ sensit. mel posuit in ore. et dulce  
dumẽ nõ p̄cepit. et iõ humulmon̄ th̄is miserã suã  
recognoscat. et mutet in melius vitã suã.  
**S**i aut̄ reficere ibi recepit. nõ sibi attribuat.  
sed infinite pietati diuine. q̄ se ad bonos et  
ad malos extendit. dicat q̄ in corde suo. In  
me dñs mirabilia opatur. ad detestaciones  
miserie mee. et ad cõuincendũ bñficiis. iniqui  
tẽ meã. uãrme mortuũ. facit sentie. et vme  
millimũ facit celestia degustare. **S**z in iud  
p̄ccatori. illa facit dñs. quid putes faciet. si  
correcerõ vitã meã. et cũ conamie. voluerõ  
me i melius p̄morie et celestibus meditatio

ribus deducere. et sibi soli. de cetero adherere.  
 quod cum facere cogitet. a auxilio gratie non propria virtute.  
 et sicut cogitet. sic opere compleat. **¶ In peti**  
**co ad excitandum cor. in amorem dulcissimi ihesu.**

**O** Domine deus meus. quomodo christi domini nostri.  
 aulus sum te alloqui. vilissima cre  
 atura. nam fetidissimus sum. horribilissimus sum.  
 sterus. et vermis nequissimus. et vanissimus.  
 homo tu autem deus deorum. rex regum. et dominus dominorum.  
 cum omni bono. et omni honesto. et pulchro. omnis uti  
 litas. et omnis amenitas. omnis suavitatis. fons  
 splendoris. fons melodis. fons odoris. fons  
 dulcoris. fons amoris. et utinam dilectionis  
 amplexus. et tu me rogas. et ego fugio. de me  
 es sollicitus. et de te non curam. an spiritus servus. et  
 ego te spiritus offendo. te mihi tribuis. et ego te contempno.  
 me ergo vanitatem diligis. et ego te in fimum  
 et inenarrabile bonum. spiritus fetorem. horrorem.  
 mortalem dolorem. tibi o beatissime. benignissi  
 me. amantissime. propono. plus me alliat. creatu  
 ra. quam creator. vanitas quam eternitas. detestabi  
 lissima miseria. quam summa felicitas. plus me bri  
 ant. sordes. quam elevat. pulchritudo. servitus quam  
 magnitudo. amantudo quam dulcedo. Nam etiam.  
 meliora sunt vulnere diligentis. quam fraudulenter  
 ostula. et tu plus appropinquas. et afficit. vulnere frau

delectis. q̄ oscula diligentis. S; ne in multis dñe.  
delicta mea. uel p̄nti meoru. sed pietatis tue  
viscera. et dolores vulneru tuoru. nō q̄ ego sed  
q̄ tu fecisti. in me respice. nō q̄ egi sed q̄ t̄p̄  
me sustinisti. confideasi me ut oñdis dilige.  
tur me relinquas. tur me vagari p̄mittis. Ne  
ergo tene amantissime. timore. et stringe amore.  
quæta dulcore p̄ssime sponse nequeo. uel no.  
uolo tibi seruire. tibi adherere. et toto corde. p̄mo  
vix p̄uila cordis amare. hoc in me opari po  
tes. tu scis hoc de me tu vis. et a me exigis.  
Quid ergo deficiam. in huiusplano meo. uel tu.  
in tuo. Obsecro nō p̄ualeat hō. sed deus. soli  
in hac contrarietate. deficere. sed me reficere.  
nō succubeis. sed succurre festinat. et uiuendo  
lucumose uides. id est nimis me. et tuas cre  
aturas. lasciuie amando. totā meā substantiā  
dissipau. nūc recognoscenti penuriā. et misere  
riā suā. famelico appetitu. ad p̄ue m̄e vil  
ceā. redeūti. me oculis tue pietatis agnosce.  
et dignare. me radius tue gr̄e. letabundus  
occurrere. et cū amplexibus. pacis et quietis.  
oscula largiris. Certe recognosco. qui in ce  
lum. in totā celestem curiā. et ecclesiā ro  
manam. p̄mo i oem creaturam tuā. et corā  
te. te cōtempnendo peccau. p̄mo tibi soli pec

caui. et malū corā te feci. et certe nō sum dignus  
 vocari filius. nec mercenarius. etiā nec serus.  
 aut aliqua vilissima creatura tua. sed miserere  
 mei. et dele iniquitatē meā. ut iustificeris in ser-  
 monibus tuis. et vincas cū iudicaris. **Quia** dicit  
 sē meē. nō est salus ip̄i in deo eius. **Obsecro** in-  
 be. ut detur in p̄ma stola caritatis. fidei. ferue-  
 tis. anulus. et calceamentis. eleuatis et cōfir-  
 matis. **Spe** p̄tegant pedes. id est affectus. lan-  
 guine vero vituli occisum. pinguet affectus. et  
 reficiatur affectus. **Alpias** cor meū. boue ih̄u ad  
 vultuā tuā. ut quātū me diligis. recognoscam.  
 ut sim ebrius tuo sanguine. totus in te resoluar.  
 amōe. intret dolor tuus. intima mea. et oēm a-  
 moem repellat alienū. sum tecū crucifixus.  
 et mūdo sum mortuus. vita mea. sit solū abscō-  
 dita in deo. **O** vita beata. o vita felix. q̄ abscō-  
 dita est ip̄i mūdo. et sociata ip̄i xp̄o. in deo cen-  
 tro suo. quietat. unū est in uterū. et unū solū  
 querō. abcedat ergo fantasma. multitudo. unū  
 est dilectus meus. unū est sponsus meus. unū  
 est amor meus. xp̄us ih̄us. deus meus. totus  
 sū. lūis. et hat cor meū. cū ip̄o unū. nichil me  
 iudicans. me scie. nichil amāe. nichil affecta-  
 re. nisi dūm nr̄m ih̄elū xp̄m. et hunc crucif-  
 xū. **Ergo** boue dñe ih̄u. collige me. viscibus.

reficit vberibus inebria vulnibus. **C**ingula er  
go aīa mea ad vulnēa cōpassionū quibus plora  
uit super iherlm̄ sup lazarū et in cruce. **Y**mo ī illis  
super te egrediebatur flum̄ de loco voluptatis  
ad irrigandū paradīū qui est in quatuor capi  
ta diuisus. **S**i flum̄us lacrimarū egrediebatur  
de loco voluptatis et oīm deliciarū q̄to magis  
debes egredi de loco oīm spurcorū. **E**rgo bone  
ih̄u p me sumus delicias plenus plorasti. **C**in  
gula etiā aīa mea ad verba instructionū exhor  
tationū et pmissionū q̄ de verbo vite eterne  
habes. cingula etiā ad vulnēa expbrationis  
illusionis et crucifixionis. **A**tendite et videte li  
est dolor similis sicut dolor meus. **Y**mo dñe at  
tendo et videbo si est amor sicut amor tuus.  
**Y**mo et si nō est amor nisi amor tuus et ideo  
nichil nisi te uel ppter te volo amare. **T**u dñe  
me iniquū et pessimū cōtemptōem tuū vi  
lissimū fetorem stercoreū et horrorem vniuersū  
amab eīm ut tanta pro me digneris sustinē  
et pati et ego te ih̄uū bonū preīm pullimū  
sponsū dulcissimū oīs pulchritudis et suau  
tatis fontale p̄cipiū non tū diligāut saltū  
p te moriar mūdo. **Y**mo moriar et in ut totus  
affixus ligno nichil sentiā nisi te ut vivā ego  
iā nō ego. **V**ivāt aut in mēpūs. **Q**uid ergo

tribuā dño pro oībus que retribuit in. Calicē  
 salutāis accipiā. et uomen dñi inuocabo. Sit  
 ergo calix passionis cōtinuus ī corpe. saltū ut  
 sup̄ abundanter grā raducet. in corde melos  
 diuine laudis diffundat. qñ indelīnenter.  
 ī corde et ore laudabo em̄ dñm meū ī uita  
 mea. psallam de meo qđ diu ero. Nocundū sit  
 ei eloquiū meū. ego uero delectabor in dño.  
**E**leuabor. et oīdā ei fanē mentis. et in auri  
 bus eius ab oē r̄soluabit ī mēla grāū actio.  
 et magnificencie sue laus. **P**recedant ergo  
 de cetero oīa uet̄a de oē meo. et de aīo meo. qz  
 deus sc̄arū dñs ē. et ip̄i ip̄parentur. cogitatio  
 nes et uoces. ar̄ū fortū sup̄abo. et iuduar  
 ūtute ex alto. gaudens gaudebo solū ī dño. et  
 r̄plebitur os meū iubilo. et oīa ossa mea erul  
 tabunt in deo meo. qz totū me offerā saluato  
 ri meo. **Q**uiet̄et cor meū. in dulcedie bōitatis  
 īmensē. laudabo excellenciā glōie sūme. et se  
 quar uestigia ac̄be. et cōculcet̄ corpus. cor  
 eleuet̄. laude uēo r̄pleatur os meū. ut die ac  
 nocte laudē. et dei magnitudinē narrē. et  
 tandem oīa abiciens. et totus in te deficiēs.  
 nichil p̄ter te sentiens. r̄soluar ī te. et ī te. tota  
 liter r̄q̄escā. absterdat uanitas. accedat deitas.  
 r̄sformet caritas. et hīa totus diuīn⁹ apia⁹ cor.

apiant' vulnea. iungat' iuma. et si mircu  
xpo *Explant 2<sup>a</sup> ps. In apuit capla terae. et ul*

**P**rimū caplin. q̄ sunt q̄ ducūt *time ptis.*  
hōiem. ad cōtēplacōis quietē. Scdm q̄ glo  
riolū sit. et qualib' hō possit mutari i deū. Ter  
ciū q̄ ipollibile est. semel deū gustante. posse ab  
eo aliquaten<sup>9</sup> separari. Quartū q̄ hō in breui tpe  
possit cōtēplari. Quintū quō aīa iebriat' a deo.  
i cōtēplacōe. Sextū quō aīa captū dūerlimo  
de inebriat'. Septimū q̄ cōtēplatiuus tria mala  
iturrit. si nō gaudet de bonis p̄mi. Octa  
uū q̄ cōtemplatiū nō videt. p̄pter appāen  
tes defectus. Nonū q̄ cōtemplatiū nō ē p̄tū  
se maiorez alijs. Decimū est cont' supbos. et  
de se plūmetes. Undecimū de paucitate b̄n.  
obedienciū. Duodecū q̄ vtilēs sunt tēpta  
ciōēs. Tredecimū q̄ tēptacio de p̄destina  
ciōe et p̄stia. r̄p̄mi debet. Quartūde  
cimū. q̄ lio carnis. a deū p̄m de xpo. et aīa.  
et r̄lio. . Quibūdecimū meditatio sup la  
litanōe. b̄te virgis marie. Sedecimū  
meditatio sup orōe dūita. Septimūdecimū.  
meditatio sup salue regina. Octauūde  
cimū. de statu b̄tōz. i celesti iherusalem. *Primū*  
*capitulū. q̄ sunt q̄ inducūt hōiem ad cōtem*  
*placōis quietē.*

**A**d contēplationis quietē voluēis p  
 uenire. in tētra lūdeas radicare. **T**  
 ercū est ut q̄ntū tuū conditiōem of  
 fendēis. et a te et ab alijs cotidie of  
 fendat. recognoscas. et de tuis sceleribus intus  
 dolens. alusq; tanq; tibi cōpatiēns habundāt.  
 cotidie si poteris lacrimāis et hec recogitans.  
 magis trīstari deberes sic deliderāis q̄ gau  
 deres. tremens q̄ nō in statu leticie sumus sed  
 metoris. Magnū est em̄ si deū nr̄m sic grauit  
 offensum nr̄is delictis possumus toto tpe inte  
 nr̄e plorando placare. Et hanc consolatiōem.  
 debemus eligere. in p̄nti posse. sp̄ et nr̄as. et  
 proximorū nequicias. deplorare. et ip̄e benign  
 uillimus. sic fideliter in amaritudine  
 exūt. p̄t lacrimatiōem. et fletū. exultatiōem  
 infundit. et sicut aqua. in uite putrefā. sub  
 solis calore decocta. in uinū conuertitur. sic  
 in p̄fā contritiōe lacrime. feruore caritatis de  
 cocte. in uinū leticie conuertitur. Nec em̄ deo  
 quā tā nobilem. in aliqua domo habitare. nisi  
 ip̄am mundissimā inueniat. et cū oī diligētia.  
 lacrimis exprimat. **S**ecundū est ut mitaris  
 quātū pollis xp̄i cōpati passioni. et ubiq; eā.  
 tecū circūferre. in corde. Nisi em̄. cōpatiēdo  
 nouem⁹ pati secū. secū nō poterim⁹ iouari.



dari. Si enim passioem suam bene fueris meditatus  
et multum intraueris latus eius. cito uenies  
ad cor eius. **O** felix. qui sic cordi christi dulciter  
colligatur. cuius lena. sub capite eius. et dec  
tera ampleratur. recte tunc cum sponso sponsa. in  
cubiculo collocat. Sed optimum cor. michi  
uarru. obsecro dulcedine. quod tu sentis. quibus  
affluis deliciis. non occultes. sed ut bene uideo.  
me non audis. quia cor tuum absorbitum est. per dulcedi  
nam tuam interpretis. et raris in carcere es oblitus.  
Cerno enim te sic amenitate. nimia esse captum.  
ut tibi anima non sit uox. neque sensus. **Q**uia cum enim  
ad contemplationis dulcedinem. nisi per istud hosti  
um uoluerit introire. furem se reputet. et latro  
nem. Tertium est. ut possidere non cupias. nisi  
deum. et quidquid. nisi deum habueris. aut obla  
tum fuerit. uel uideas. aut nominari audieris. de  
bes. tanquam de tot folijs. non curare. in solo deo.  
stabilias mentem tuam. et solus soli iungaris.  
tunc in auribus tuis. melos eloquentie sue  
resonabit. telaurus sue sapientie reuelabit.  
melliflua ostia exhibebit. et per deliciis non  
poteris sustinere. et suis te sustentans am  
plexibus. nimia dulcedine absorbeis. **O** fe  
lix anima. quo abisti. quod nos in tanta amaritudi  
ne reliquisti. nunc nobis. obsecro si tibi sit

fiat illud bonū. an vis ut tibi de nr̄is obleq̄is  
 transmittam. **S** ut puto nō reputas nos en  
 thenus. sed stercorebus. habundare. q̄d tibi of  
 tendimus. **O** aīa. iunua iocunditate repleta.  
 q̄ etiā maritima ur̄a. aspice nō digna is. **Q**uāc  
 sic q̄ diligimus cōtempnis. sed ut videas nob̄  
 nō loqueis q̄ raptā es a dilecto. **O** amor ineffa  
 bilis qui cor sic fortiter cōglutinat. suo sim. **O**  
 mira benignitas creatoris que se singularit̄  
 diligentes tanto dono or̄ditat excellenti. **Sc̄m.**  
**q̄ gloriosū sit. et qualif̄ hō possit m̄iri**  
**O** mirabilis mutatio dexte excelli. **in deū.**  
 sicut eim̄ apud hoīes tp̄alia diligentes.  
 mirabile eet. si quis unū stercois fetidissimum.  
 cōmutaret. uel oēs honores. uel delicias huius  
 mūdi plenā dñatioem. et q̄ntū ad tp̄alia. ad  
 mōm̄ ip̄atoris. et q̄ntū ad sp̄alia. quā ad mo  
 dū pape. et nullā r̄sistentiā h̄re posset. et ilup.  
 maligni sp̄s obt̄parent ei. et nō solū terra.  
 sed etiā celi. sydera. ad suū regerentur nutū.  
 mortificāre etiā posset. et mortuos suscitare.  
 et infirmos curare. et etiā posset. aurlū na  
 ture mutare. in oībus et h̄eret oēs diuinas et  
 delicias. quas a tra deū poss̄ erogitare. p̄mo  
 quas deus posset face. dū t̄iam deū nō ducēt.  
 sic p̄mo sū cōpatiōe. a nullo magis ē am̄iabil̄

et laudabilis. et amabilis. inmutatio. qua quis  
comuta se in deum. **N**ā maior est. In cōpar  
one. distantia inter deū et hominē. q̄m inter quā  
cūq; vilissimā creaturā. ad oīa. que circa se.  
**p**ollz. **D**eus facere. **T**unc aut. hō. comutat se in deū.  
**A** q̄m eligit se odire. et solū deū diligere. et cir  
ca nichil aliud vult affici. nisi solū cura deū.  
et ille solus. itaq; in suo affcū. et de nichilo  
curat. nisi de solo deo. et totaliter litit. quō  
p se. et p alios. honorificetur dñs deus suus.  
**O** comutatio delideabilis. nā certe. iste. vulnē  
pātrū. in xpī. vulnēa comutavit. et mētis fedē  
tatem. in dei bonitate. suā vilitatem. in dei ma  
iellatem. suā ~~clementiā~~ nequiciā. in dei de  
mentia. amaritudinē sui cordis. in dulcedi  
nē creatoris. nā totus est dei. et nichil. nisi  
deū v̄q̄rat. cor suū. plenū est in ipō deo. se ge  
nit. et deū induit. zelo dei. sibi met. guerrā  
facit. tanq̄ crudelissimo hosti. **S**i ergo. talis  
est comutatio ista. cur. serue neq̄. infidele  
mācipiū. inutilis creatura. hoc adimplere  
retardas. **C**ave etiā. ne hoc adimplere stu  
deas. cū torpore opis. grauiamē cordis. aur  
etate pectoris. insensibilitate mētis. sed po  
cūs. cū oī animi auiditate. feruoris deu  
ciōē. amoris īmensitate. martē cū nichil hōm

lit vtilius auctyl. delcābilis. mchyl nobilius.

Si ergo te ipm̄ exueris. et plūc modū. deū  
 intraueris. caue. ne extra ipm̄. possis. aliquo  
 mō. ueniri. et si aliqua mentis infirmitate.  
 aut negligentia. exire cōtingēt. illuc statim re-  
 curre cū fletu. ac deprecare supplicat. ut tibi in-  
 dulgeat. et dignet. te fugitiuū seruū reape.  
 et tūc pponas firmit. in corde tuo. ne āplius  
 in excas. nō dico tū. ut ppositū facias. ut te  
 ad nouā culpā obliges. qz fragiles sumus.  
 et inconstantes. et si mulies ab exieris. toties  
 ad ipm̄ reuerras. Regula istius capituli bo  
 na. Nullus p̄t bñ p̄tē cū deo eē. vel uiri.  
 qui alium creature. affectū ligatū sine iudi-  
 uatū habz. *Terū. qz mirabile ē semel deū gustā*  
*te posse ab eo aliquatenus separari.*

**M**ultū mirari debemus. ymo nos mia-  
 ri mirent. quō hō semel degustans  
 dulcedinem dei. p̄t ab eo aliquatenus spai-  
 quare nō obliuiscat. oīa. ex ebrietate nimia.  
 et comedere et bibere et dormire. et si quid a-  
 liud. an ipm̄ ponat. quō p̄t ibi aliud. q̄ suū  
 dñm benignissimū intueri. et in eolūna  
 dulcedine delcari. cū ipm̄ in oībus sciat  
 esse. et in oībus. valeat uenire. ut in oīb⁹  
 requiescat. **O** q̄ bonus ist' deus hys qui recto

lunt corde. **Q**uod dulcis et suavis est spūs bñs  
in eis. **Q**uanta amaritudine quāta tribu  
cia quanta anxietate impleri deberet aliq̄s  
qui eadē ad momentū a tanta dulcedine se  
quiescat. **Or̄tiō. q̄ hō in breui possit eē p̄**

**Q**uāvis p̄ cōtemplatiōem ad **fectus**.  
lūmitatem montis dei vult venire  
hoc attendat nūquā quiescat dū ingulat  
sp̄ p̄ mētis eleuatiōem ascendat nā in illo  
ascensu nō quiescere est quiescere et qui quiescere  
vult fatigatur nec postea sic bñ p̄t ascendere  
imō contingit aliq̄ q̄ cū vult quiescere  
tū fatigatur ut āplus nullo mō ascendere  
possit. In ascensu em̄ montis materialis  
q̄ caro infirma est quietē requirit sed in al  
censu montis spūalis q̄ spūs p̄ptus est  
cōtrariū requirit ut sc̄ nō quiescat spūs sed  
dū fatigatur tū ascendere debz velocius cur  
vere fortius et recēior fiet au. dior eēt ad  
maiora et sibi leuius apparebit et delcā  
bilis suauis et dulcis gradiet nō q̄  
elcere eligens p̄ quiete et iō stulti sunt  
et quid sit cōtemplatiō incepti qui cā resūmē  
di vires quiescūt tūc hūt pro certo q̄ in illa  
quiete vires nō reficiūt sed potius disipdūt  
Vñ si fortiter currit aīnus cōtemplatiū.

tunc suauis est. ei si plane vadit incipit fatigari.  
 si quiescat, vires dilapidat. et ideo non est aliud. quam cum  
 virgine ascendere in montana. cum festinatione. Si  
 quis hec capere non potest. sed vult quiescere. et cum  
 ascensum in desiderio habet. hoc restat remedium. quod  
 vis non valeat huius. que dicitur sunt ad equarum. sicut  
 ut saltim modo ascendenti materiam in  
 monte. et in medio fatigati. volunt quiescere.  
 non descendunt in valle. ad quiescendum. quia sic ad  
 summitatem nunquam venire possent. et stultissimi  
 putarent. ab omnibus. sic stulti reputandi sunt. et  
 nunquam ad cacumen contemplationis perveniunt. quod hodie  
 per contemplationem modicum vel multum ascen-  
 dunt. et affatu tedio. ad locum unde venerunt. siue ad  
 statum. unde recesserunt. redeunt ad quiescendum.  
 et in praedictis siue vallibus. uel in  
 facibus planicie. credunt. ad ascendendum for-  
 coes efficere. ignorantes. quod vix poterunt ad locum.  
 siue statum. ad quem venerant. pervenire. Et ista  
 est ratio. sicut credo. quare homines sic pauci. con-  
 templatiui. attingunt superiorem montis. Unde si  
 homo ascendere quantum posset. et ibi quiesceret.  
 non recedens aliquo modo. et cras eleuaretur  
 altius. et ibi etiam figet pedem cordis. et post  
 modum in ascendere. et faciendo spiritum vobis. quod  
 iste plus proficeret. in uno mese. quam alius. in quodam

ginta annis. qui retrocederet ad quiescendum. et  
super ad idem rediret. et crederetur ille in breui con-  
sumaretur. in statu perfectionis. et esset gloriosus.  
coram deo. et a tota celesti curia pre dilectus. **Si**  
in monte timueris aliquid curras ad tauer-  
nulas lateris christi. **Si** autem vis poteris abstinere  
a valle. quia ibi nutritus es. nec vis adimplere  
quod dixi. **Hoc** autem fac. ut ad vallem tue mi-  
serie. et etiam vocis humani generis. condescendas.  
per humilitatem tuam. et compassioem proximi. tam  
de tuis. quam de alienis dolendo peccatis. et pro  
eis veniam postulando a deo. quod nobis conce-  
dat qui est benedictus in secula amen. **Ubi** in bre-  
ui regula. hec omnia comprehendunt. **Qui** vult  
per contemplationem. puenire ad summitatem montis  
diuini. non quiescat vel retrocedat. donec al-  
secutus fuerit quod intendit. nisi forte descendere  
velit. ad suorum et aliorum tristitiam peccatorum. **Quibus**  
**quibus** anima inebriatur a deo in contemplatione.

**O**mnitudo diuinarum sapientie et scientie dei. quam  
incomprehensibilia sunt iudicia eius. et  
inuestigabiles viue eius. **Quis** ascendet in  
montem eius. aut quis habitabit in loco sancto eius.  
**Sed** si quis ascendere voluerit. per quam viam.  
cum inuestigabiles sunt. audi dilectam tuam. anima  
dilectam. et gaude cum cuncta que supra dicta sunt.

cū ōī diligētia studuēis adimplē. et iā sic deo  
appropinquāis ut nihil p̄ter eū ualeas cogita  
te. et cetera p̄ter eū sint tibi in amaritudinē ni  
mā et quali libentius velles aīam a corpe  
separi q̄ aīā tuā a continua meditacōe sui  
uel quali cōtinua et quali videt tibi q̄ eā  
reip̄m nō ames nisi ip̄m. Quid tibi de di  
lō cōtingat ausculta amōe r̄pleta. p̄mo.  
quali tota es ī amōem cōuet̄sa. **A**lter dilect⁹  
tuus o dulcē a quo nō potēis aliquatinus  
separi seip̄m a cogitatu tuo cōtinuo pau  
lisp. subtrahet. ita ut cor tuū circa aliquid  
aliud incipiat euagari. et tu videns eū  
quē si fortiter diligis abcessisse. nimia a  
uiditate r̄pleta. querens vnicūq̄ quō possis  
quē sic fortiter diligis inuenire. **O**ibus  
creatiūis breuiter nūciabis ut vidēt tibi  
ubi sit dilectus tuus. q̄ languida es p̄re  
amōe. q̄nto tūc fletu q̄nta tunc lamentacōe  
p̄fundāis quāta anxietate. p̄ dilectū tu  
um discurras tibi nescio enarrare. **S** o  
mniabilis inebriacō amōis hoc ip̄o q̄ sic  
in ip̄m tendis cū ip̄o es. et ignoras. sed qd  
faciat dilectus tuus oīūd amōe r̄pletus.  
nūquid potēit se āplus occultare dilectill⁹  
spousus tuus quāto citius p̄ntabit et tu ip̄m.



videns quē cū tanta auiditate quelieras nimio  
amore amplexaberis eū tū sicut cū reuerenti  
a et honore ac timore. sed quanta essit tibi  
tūc consolatio si sapiens fueris poteris experiri.  
**S**o amabilissima dñi. cū te securam reddideris.  
se iterū absentabit, et tūc cū maiori ardore.  
q̄ p̄us ip̄m requirendo hēbis. **Q**uid dicam  
tibi se totiens absentabit, donec sis sic sol  
licita custodire eū ut te securā. nō audeas  
reddere. et oīa hēbis suspecta iam. **S**o felix  
aīa. audi. quid faciet tibi dulcis tuus. cū se  
cū incipias quietate et tu eius dulcedine  
allecta. amplius incipies affectare. et ip̄e  
largissim⁹ amplius tibi dabit. tanto plus  
postulabis. et ip̄e benignissim⁹ amplius mi  
nistrabit. **Q**uid dicā sanari nō poteris. do  
nec inebriata fueris. et vīno vndiq; phila  
strū aut pt̄y frequētē inebriandem. **S**apo  
rem aut captū consequaris. si tibi dñs. **p**ote  
ris experiri. largissimus est eū. et plus sū  
cōparandē. q̄ credi valeat. elargitur. hoc tū  
sp̄ debes hēre in corde tuo. q̄ sis vīllim⁹.  
et nullomō ad hoc aptus sis. p̄no p̄uari  
mū debz tibi vidē. si ip̄e delet p̄cā tua. enā  
cū quātacūq; penarū afflictioe. ī hoc mū  
do qui ē laudabilis ī secula seculorū. **Tertū.**

**concellit**

**A** et quanto plus dabit.

¶ hō. ante captū diuersimode inebriat.

**Q**uonia in pluribus locis sup̄ dōrū capi-  
tulorū hēmus hōiem durū diuina in-  
fluencia inebriari posse ut mens tua ā plus  
euectur; volo ut illarū ebrietatū influentia  
rū diuinarū nou ignoēs potes intelligē q̄  
vix cōtemplatiuus quāuis cōsolanoēs spūa  
les multas hēat. an̄q̄ ad sapore. et captū p-  
ueniat. ad quos pauci attingūt. valet ebrie-  
tate duplicē expiri. Prima est quedā habūdā  
tia iocūditatis in corde. et uehemens inbi-  
lacio mentis. que p̄t̄ multū fletū. aut multā  
consideratiōem passiōis xp̄i. aut p̄ magnū  
feruorem. amoris singularis in deū. venit ex  
quādā noua diuina irradi. acōe. i mēte. et  
illa leticia tm̄ habūdāt in corde. ut etiā i mē-  
bra corp̄is rebūdēt. et ea. facit diuine clemen-  
cie accidere. et p̄ exultatiōe nimia. ad modū  
ebry p̄p̄tantis gradit. quietē nō sustinēs.  
et creaturas quas inuenit sui cōditoris amo-  
ris magnitudine. āpleratur. et bñ potes cre-  
dere. q̄ cor suū nō multū applicatur ad ter-  
rena sed si aliquid occurrerit. oīs reputat  
ēē uana. Alia dulcedo siue ebrietas. est que  
nimia dulcedine replet cor. ex diuino con-  
sorcio. hoc cōtēplatiōis quietē. et i tm̄ habū

¶ uēit p

dat. hec dulcedo in corde ut redūdet in oīa me  
bra. habunde adeo ut totus sibi. tā interius.  
q̄ exterius mellifluus videatur. et sicut ebre  
tas p̄ma p̄ hylaritate. quietē nō sustinebat. sic  
ista p̄ nimia dulcedine quiescē facit. et hoc. nisi  
in t̄m itendat. ut sapoem degūet. nō auferet. et  
totaliter p̄culariū sensuū actus. sed ad modū  
ebriū. eē liberos nō p̄mittit. t̄m. quasi. si quid  
videit. reputabit quadā diuina dulcedine  
habūdaē. et q̄uis p̄bit. in itentiōe leticie. et illa  
ī itentiōe dulcedis. nō t̄m opz dubitat. q̄ illa n̄  
sentat dulcedinē. et illa leticia nō p̄uatur. et  
q̄uis nō sit n̄c. timere de p̄ma. sed potius  
sit gaudendū. t̄m de secūda. q̄ cōsistit in quadā  
āmirabili dulcedine cordis. sp̄ securū ē dubi  
tate. qz dyabolus. transfigurāt se in angeliū lu  
cis. conlueuit eū aliq̄n cōsumma p̄ciā. vellet  
eū. qz hō supbiret. ac se aliquid reputaret. et  
ut t̄ibus delicijs frueret. ibiqz quiescēt. et sic  
auerteret. a deo. hoc b̄n p̄mittit d̄s euenire.  
qz aliqui cōtemplatiui. aliq̄n nimis p̄sumūt  
de se. aliosqz cōtempnūt. et credūt se eē pri  
mos. cū t̄m sint p̄pter supbiā. nimis elongati.  
et iō dyabolus p̄ supbie. hanc p̄tātē in eū  
accepit. ut delicijs t̄ibus eos deape possit.  
et iō cū summa diligētia. attendēdū est. ut

quicūq; tibi accidit. a ciem mentis in deum  
 dirigas. nec ab ip̄tor tuū discedat. ut si de  
 lectū oporteat. solū delecteris in deū. tūc si  
 a deo eēt deberet. intēdi illa dulcedo. si a  
 diabolo. debet p̄uari. aut saltē r̄mitti. q̄ si de  
 aliquā in hoc voluerit consolari. ut qui pro tuis.  
 aliorūq; peccatis. amaritudine replētis. aliquā  
 delictis p̄truaīs. Regratia si libi potes. et ad **desut.**  
 get. tūc hūc est timē. ne p̄sup̄ciōem iurras.  
 Potes eīm cogitare ad hūc hūc tuū. sup  
 hac dulcedie. q̄ dūs pro puo aliquo dono. q̄  
 facis in p̄tē. q̄ tu reputas eē magis. fortal  
 se vult tibi pro p̄renuo dare. illud. q̄ te p̄m̄s  
 eteruis. nō reputat eē dignū. Potes eīm timē.  
 ne illud dulcissimū vinū. tibi adhuc sp̄ualit  
 febricitati. p̄ualū mortis iurrit. id est oīa  
 qualit̄. s̄bre. ad pleno corde dū sum⁹ in hac  
 valle miserie constituti. debem⁹ magis pro  
 p̄cīs. appetē cū xp̄o crucifixo affligi. q̄ p̄u  
 lotis affluū delictis. et sicut cotidie p̄cām⁹.  
 Imo quasi cōtinue. sic debemus pro eisdem  
 p̄cīs. velle penā cōtinue sustinere. et sicut  
 lūnus. vultimū sermū de sic debet nobis placē.  
 Imo appetere. vultimū ab oībus reputari.  
 et sicut ad honoem de. s̄cā lūm⁹. sic solum  
 deberet in in me. et in alyis oībus placere.

q̄ ad suum tendit honore. et illud solū displice.  
q̄ in contrariū vergit. et in dicitibus. nullo mō  
curare. nisi. q̄ oīa debem⁹ ad laudē eius refer  
re. Quod ip̄e nobis cōcedat. q̄ est per oīa be  
dicitus. *Vy. q̄ cōtēplati⁹. gaudē debz de primis et*

**N**ec aut oīa appetere oq̄n tā mala iuxta  
is cōtēplacē debes. cuius hōi. et debes.  
pro quolibz hōie solūte orare. et q̄ vides. alqm̄  
bonū in proximo. inuicibiliter debes gaudere.  
etiā. si illud nō ceruas in te. q̄ si nō feceris.  
sed potius dolueris. tria maxima mala. hoc  
p̄cō cōmittis. Prīmū est. q̄ honore dei. q̄ in  
bonis istis cōsistat. videris odire. Scdm q̄ pal  
licem ep̄i. qui ad hoc passus est. ut vniuersis  
habundet virtutibus. cōtēpuit. Tercū q̄ tāta  
te. qua proximiū sicut te ip̄m debes diligē. et  
eius bonū sicut tuū affectatē. lateras. et diu  
dis. multū ergo bonū proximi diligas. et pro  
cures. et maxime spūale. et etiā. tū nōitas se  
obtulerit. t̄pale. et sp̄ spūalia tibi dñs exhibebit.  
et tandē ad celestia te vocabit. Ad que nos  
p̄ducit. q̄ pro nobis. voluit crucis opprobria  
sustinē. Amen. *Vy. q̄ cōtēplati⁹. nō iudis alios.*

**D**iuos cōtemplatiuos. *apparentes t̄ factis.*  
ceruēs t̄ celestibz cōuersari. vñ plūbiam est

directus nitat<sup>r</sup> in aliquo eos secū trahē ad  
 inferiora. et qz videt eos nō posse vire ī apto  
 conatur saltē eos decipe in occulto et q̄ius di  
 uerſa mala diuerſis tyibus ſuggerat tū ad  
 hoc nitit<sup>r</sup> ut cōtēplatiuus de ſe p̄ſumat. et  
 alios iudicet vicioſos a poſtolute inherēs ſe  
 tentie. oīa iudicat ſpūalis. et ip̄e a nemīe iu  
 dicatur. **S**o peſſima peſtis atqz mors grauif  
 ſima. et occulta. hec deū fugat. p̄ſupnōem pel  
 ſimā abhorrentē. **H**ec ſupnā lacerat carita  
 tem. hec veſcentē in crocheis facit ſtercora apler  
 ari. hec ſpūali letitia plenū. ad acidiā dunt.  
 hec ad honore dei referenda. facit dyabolice  
 fraude dari. **S**o hō nūquid in altū cōtēplandi  
 aſcendiſti. ut ſic ſanens et alios iudicans. dēs  
 magis p̄cipiū ſubſiue. **A**tende ergo. o hō in  
 cōtēplatiōis dulcedie. cōſtitutus. et cognol  
 ce. qualiter deus. p̄pter ſui honorem ſanens  
 creaturā diuerſis diuerſa voluit munera e  
 largiri. ut nō uno mō. ſed multiformit hōret.  
 atqz ſui theſauri diuitias manifeſtauit. ut cō  
 mēdandi ſuā magnificētā. materiā multi  
 plitē. hēamus. debes ergo p̄mitus cogitare.  
 qz deus ſicut bonus p̄ſamiliās ordinās. do  
 mū ſuā. penſat filiorū potentia. ſapientia. et  
 bonitate. et ſecū dū qz videt expedie. diuſa com

mittit officina et tribuit dignitates. Cogita et  
p̄mo tu qui cōtēplacōi vacas. q̄ deus benignus  
uillimus p̄i tuus sciens te ad oīa ībecillē. no  
luit te ī periculosis et difficilibus ac īplicatis  
opibus. mīstrare. sed sua clemētia. tāq̄ infir  
mū p̄ cōtēplacōis quietē. te uoluit cōsolari.  
Alios autē. cernens in caritate feruentes. et  
fortiter radicatos uoluit sup̄ periculosa. et dif  
ficialia ordinare. iudylominus ap̄is quietem  
tribuens p̄b̄ labore et cōsolacōem nō modi  
cā de labore. Si ergo uidēs te sp̄ualibus in  
herere. ceteros autē circa alia laborantes nō  
eos iudices. sed sapiam et benignitā dei īspice.  
īfirmū te cognosce. alios cōsidera esse fortes.  
Quō em̄ te potēs fortem r̄putare. qui p̄t  
tuā nimīā infirmitatē. lecti molliatē. id est  
cōtēplacōis dulcedinē. sustinē nō uales. sed ad  
modū arduis oī uento moueīs. Quid ergo  
faceres. si oporteret te. una manu edificare.  
et altē a gladio hostes effugare. nē pe solo pa  
uorē defires. lauda ergo dūm deū tuū. qui po  
tentes in arduis posuit. et aduersus p̄uide  
tes autentos fecit. Audīs. clemēt̄ honorū sp̄ia  
lū distributōes. ordinauit. te autē ne defire  
res uoluit quietē. p̄ cōtēplacōem ne errāes.  
noluit te subtilia et curiosa inuestigare. ut sim

plicatatem heres. ne malus dispensator esses. **o**  
 luit te oia abnegare. ut paup ees. Non ergo te  
 de illis exaltes. sed humilites. nec alios iudices.  
 sed exaltes. nec ab his excludas eos quos vidēs  
 oculos. debes em cogitare. q tanq sapientes et  
 pbi thesaurū acq̄sitū ne furetur abscondit in  
 occulto laborantes. et in publico quiescentes. aut  
 certe cogita. q ille qui dedit ventis pondus  
 mittit eos in illis m̄nis. et manifestis deficit.  
 ne de marinis q̄ sibi cōcessit. in supbia eleuetur.  
**E**t quāuis sic debeas facere. de oibus supradictis.  
 tū q̄ vidēs eos in piculo debes tu qui in quiete  
 exilis. pro eis orare. ac si possis allicē ad quietē.  
**D**ēs scōo oia reducē ad laudē creatoris. qd̄ face  
 poteris p̄ hunc modū. et etiā melius. sicut dñs dig  
 nabitur iudicare. **C**um em̄ vidēs aliquos i pre  
 latioe t̄pali. aut sp̄iali. aut dignitate aliqua cō  
 stitutos. hoc eē s̄m̄. ad cōmēdādā magnificētiā  
 dei. et potētiā dei cogitabis. quā laudabis. **C**ū  
 aut vidēs aliquos insistentes. et nō solū creato  
 ris. sed etiā creaturā **o** occultissima iquire  
 tes. et q̄d̄libz verbulū. curiosissime ordinan  
 tes. eē ad manifestandā diuinā sapienciā cō  
 mendabis. **C**ū aut vidēs alios t̄palibus nego  
 cijs insistentes. in ip̄is laudabis diuinā pruden  
 tiā. p̄ t̄les quiescētibus providentē. **S**i vidēs



alios in istis opibus pretatis in ipis laudabis diu  
na bonitatem se ad omnia diffundente. Si videris alios  
ceteros iudicantes diuinum iudicium time. Si penam  
inferentes diuinam cogita iusticiam. Si rigidos di  
uine iusticie expauesce rigorem. Si in presentibus  
caularum discussiones futuri iudicii recordare. Si in  
deis platos circa purgationem et multos in eis diu  
na misericordiam commendabis. Si calorem habueris re  
cogita dei patris erga vos misericordiam caritatem  
qua voluit suum filium incarnari et pro vobis  
omnibus crucifigi. Si frigus habueris ab omni estu  
miserie et refrigerium anhelas. Et omnia potes re  
ducere ad laudem et magnificenciam conditoris.  
non enim debet esse creatura in qua tu non honorifica  
tuum creatorem. hoc enim ipso omnis creatura digna  
est omni laude quia a deo est cognita et ab eodem  
conseruatur in esse et hoc modo quod dicitur esse scilicet  
dei eius et suum mirabiliter commendat auctorem.  
Hec pauca exempla posui ut misericordiam habeas ad  
maiora et istud est diuinum iudicium ad quod te  
apertius voluit invitare in auctoritate scripta  
quam tu pessime sumebas. non enim vult inuere  
quod spiritualis homo ceteros debeat condempnare  
cum alibi ipse dicit. Nolite autem tempus iudicare  
et idem alibi tu quis es qui iudicas alienum ser  
uus sed dices quod hec secreta sapientie diuine non

precipit hō carnalis. sed spūali mente p̄ditus ee  
sicut dixi eo melius in creatura q̄libz iudicabit.  
et discernet. **I**udica ergo et tu de cetero oīa q̄ di  
uina potentiā sapiā et bonitatē in oī creatu  
ra discernes. et in rerū oīm honorifices condi  
torem. **S**i autē certitudinalit̄ aut probabiliter  
noueris p̄ccōre. caue diligēt̄ ne p̄t hoc ipm  
cōdempnes. nec etiā cōmedes. sed vitū tibi  
displiceat. cōpararis em̄ in quātū potes p̄lo  
ne. laudabis deū tuū qui nō p̄mitit eū gra  
uius cadere. nec te illud vitū p̄petrare. nullo  
em̄ mō dubites. q̄ si te nō custodiret a malo.  
grauius et p̄duceres ad effectū. deū etiā  
suppliciter exorabis. ut ipm et q̄libz p̄ccōrem.  
ēleuet a p̄ccōre et custodiat ab oī malo. **N**isi  
em̄ noueris cōpati peccatis proximorū ad  
bonū. induabiz̄ cor vestrū. et fortassis ī ma  
lū irruēs. s̄n̄ feno. qui em̄ fideliter orōe et  
exhortatione bonū proximo nō procurat cū  
facere p̄t. nō dubito. q̄ ab ipō elongabit̄ dñs.  
sed quō magis credis. ab hys dñm elongai  
q̄ arridendo detractoribus. et ceteris p̄ccōribz  
applaudendo. eos in malicia sua fouent. et  
audaciā tribuunt. iterū similia faciendū. **S**i  
ergo oportunitas se optulerit. malū argue.  
aut si nō expedit. saltem p̄tende tristitiā faciei.

ag.

spūalia.

ut aliquabit cōfundat' pccōr. nec attendas mag  
nitudinē alicuius qz illū reputes magnū. qui  
approximat deo tuo et tāto maiorē qnto am  
plius appproximabit. Quē em̄ puerilitas facit  
esse seruū dyaboli. timere et magnū reputāe  
ē. cōtempnē dei filiū ad optinū. et iā arram  
patrie possidentē. Certe hec delania ē. nimis  
magna a qua uos custodiat sapientia dei p̄ris  
Amen *ix. q. hō cōtēplatiuus nō r̄putet se ma*

**N**on cessans antiquus hostis. *rē alijs*  
cū nō p̄t viros cōtēplatiuos ī hoc deape.  
ut velint aliquos iudicāe. saltē ad hoc uitit'  
eos deducere. ut qz vident se in multis bo  
nis opibus p̄ficere. que ip̄i faciūt. alios imp  
fectos iudicent. eē. qz eisdem nō uacant opi  
bus. aut certe qz eadē qua ip̄i solitudine. et  
quiete. siue vigilia. et abstinentia nō utunt'.  
sed potius eos vident. scdm̄ suū iudiciū o  
ciosos. uel circa thia ip̄licatos. ī quibus illi  
qui nō sic p̄ficiūt. aliqui offendunt. *Sz* er  
ror pellimus. et occultus. qui scdm̄ exterio  
rem hōiē. uult intēus de interioe hōiē i  
dicāe. Non em̄ tm̄ r̄quirit laboem corpōis.  
qntū laboem cordis. edificāū spūale. v̄mo p̄mū  
apud deū. sū scdo nō valet. scdm̄ aut sit sū p̄mo  
et qz multociens vni est notū. ab̄ p̄bile ēit.

Et sicut facies hominum sunt diuersae et sic modi  
 uiuendi et in bono proficiendi et id quod te uides  
 laudabilibus fulgē virtutibus uel opibus alios  
 uides circa alia intentos eadē negligentēs  
 cogitare debes quod licet ista sint in apto occulte  
 to tū uel saltē in cordis thalamo laborēt opa  
 delicata et quod deus illos propter caritatem cordis  
 spūaliter fortasse diligit. nō curat eos exteriori  
 bus operibus aggrauare et ne tā intēus quā  
 exterius laborantes sustinere nō possent. Debes  
 ergo ad istam tēptationē expellēdā p̄mo ī corde  
 tuo cogitare quod nō est cōsuetudo quod filij regū co  
 tidie ad lucrandū panē suū manualibus o  
 pibus se affligant. sed ut delicate et sū labōe  
 magno de regalibus diuitiis nutriātur. nā  
 sic est ad hāc quod oportebit multotiens unū  
 frēm ad hāc unā deuotionē aut interioem  
 ordinationē multū laborare et illud idē uel  
 melius hēbit alius in sola mentis cōuersionē  
 ad deū. Scio potes cogitare quod illud quod laboras  
 hēre et nō de nouo utapis degustare. sit  
 iā in alijs inueteratū et fortiter raduatum  
 et fortassis ista est una rō quare ipi affici. sicut  
 tu exterius circa bona spūalia nō uidentur  
 quod dulcedo spūalis de nouo ueniēs mutat  
 onem induit. sed nō sic ut credo iā illū qui

diu mutatus est immutat sed p̄ficiat et conseruat.  
Et q̄m vides te liquefieri p̄ amore. alios nō minime  
cogitare q̄ ad calorem solis iusticie ad similitu-  
dine solis materialis aliqui liquefunt p̄ amo-  
ris feruore. a deo ut suauēbra. vix valeant p̄  
amoris magnitudine sustinere. Alij vero siccant. et  
nō a quositate p̄c̄i. sed etiā ab humiditate re-  
liquiarū p̄c̄i. et in bono cōsolidatur. et fortifi-  
catur. contra malū. ita. ut nichil a caritate  
dei. eos valeat separe. Alij vero maturescunt.  
ita. q̄ sibi tā interius q̄ exterius dulcissimi vi-  
deantur. et abolita om̄i mentis acerbitate. nō  
potius in p̄c̄ia. q̄ in via. hūitare cernantur. Alij  
vero cresunt ad modū arborū. et quāuis  
tales dulcedines nō degustent crescentes tā-  
de die in diem. fiunt apud deū maiores. Alij  
certe putrescunt ut mali. Cū aliquē ergo istoz  
effectū. in te p̄c̄is. recipis. debes crede. q̄ ille  
idem effectus. uel alius. melior sit in fr̄e tuo.  
et quāuis nō sic cito liquefiat. p̄ amore. sicut  
tu. fortasse. cōsolidat. uel maturescit. uel  
crescit in bono. et hū sunt forsau meliores  
effectus. et forte oī credis liquefieri. mar-  
cellis. et ideo alios nō minus te. p̄pter talia  
p̄ficiōs iudices. sed potius time. ne valeas si-  
bi cōpari. nā si cera nō liquescit ad solem. ceteris

A Solū

creaturis dicit nullū bñficiū aut ita magnū per  
 cipitis sicut ego stultū eēt q̄ et si nō liquefiant  
 ad solem sicut ip̄a tū tā arbores q̄ fructus pon  
 ora recipiūt bñficia. **P**otes aut aliter. supradic  
 tā tēptatiōem effugare. **D**ebes em̄ cogitare. q̄  
 sicut quātū ad bona naturalia dei bonitatē pu  
 piscimus oēs ita tū q̄ scdm̄ aliā roēm. iste q̄ ille.  
 et quot sunt hoies. p̄mo et sunt creature. tot  
 dētes. p̄cipiendi dei bonitatē rōes r̄piunt.  
 ita simili mō. credendū est q̄ntū ad bona sp̄ua  
 lia in rōnabilibus creaturis nā grā naturā  
 p̄ficiat et hanc diuersitatē in sp̄ualibus bonis.  
 Inuit ap̄lus ad corinthios. **C**ū dixisset. volo oēs  
 hoies aut. sicut inemetipm̄ eē. subdidit. **S**z v  
 nulq̄sq̄. p̄ū bonū. ex deo habz. **A**lius quidē sic.  
**A**lius uero sic et ex alijs diuersis locis hanc  
 veritatē hēre poteris. **S**i ergo ita est. quō ergo  
 nō aliter sp̄ualiter uiuet et seruiet dño suo  
 iste q̄ tu. **A**ly em̄ ad ip̄m. p̄ quietē tendūt. **A**ly  
 uero p̄ laborē. **A**ly uero sic alij uero sic et mē  
 tociens est melior. qui uilior reputat. non  
 ergo. aliquē ip̄erfāgōrē te. iudices. si nō facit  
 oīa. que tu facis. **C**ū em̄ uides frēm tuū. cū  
 alio siue cū alijs cōmorari. et solitarius est  
 cogitare debes. q̄ iste p̄fātus est in caritate. ut  
 p̄pter magnā dilāōem dei. ubiq̄ sit cū eo siue.

cū fr̄ibus sit sine solus. Et q̄ tu ip̄s es ī di  
l̄ione. vix potes te ad proximū cōuertere. q̄  
offendas. vix aut nūq̄ ad deū potes te cōuer  
tere. quā oporteat te a proximo sequestrāi.  
sed hoc certe īperfectionis est. nā āgeli. qui sūt  
in caritate perf̄i. ita bñ mouētur ī deū. cū  
sunt nobiscū. aut cū vobis ministrāt. sicut  
cū sūt in celo empyreo. hoc nō dico q̄ credā.  
sic totaliter posse fieri in via. sive dū viato  
res sum⁹. sed aliquālit. possumus eos sequi.  
Adhuc etiā cogitare potes. q̄ cū sūt ab illis  
exterioribus extracti. et soli deo vacāt. ita  
feruent⁹ mouent⁹ in ip̄m. q̄ ppter vinnā in  
tenacem mētis corpus solui videat⁹. et ad  
vinnā redigatur debilitatē. et iō nec vires  
resumant. nec penitus deficiāt. et ne etiā  
sua sanctitas. ab alijs aduertat⁹. se offerūt  
sepius solatio proximorū. s̄p̄ tñ oīa ad hōrē  
dei facientes. et iō stultū est fr̄em suū p̄ q̄libz  
trusa iudiciē. aut ip̄sū reputare. q̄ multi em̄  
honestissimi sūt exterius. q̄ parū proficiūt  
intēius. et multi sūt dissoluti in gestibus.  
q̄ in corde sūt castissimi. et amicitissimi dei. Aut  
q̄ pius est. aliqui sūt hōibus odoriferi. et  
corā deo sūt fetidissimi. et sine caritatis iā re  
ceperūt mercedē. et aliq̄ apparent hōibus pec

catores. quorū interior cōuersatio est in celis.  
 Non tā dico quin exterior cōuersatio corūdet  
 interiori multociens. Et qz hoc contrariū dil-  
 cerne nō valeamus. oēs dei filios esse iudice.  
 et nos inferiores oib⁹. nisi manifeste cōtra-  
 ū videamus. nā de bonis proximū. et de excel-  
 lentiā sue sātatis. sumus incerti. et de mul-  
 ticipia nrā malicia. sumus certi. Magna est  
 em̄ p̄sūptio. velle erga proximū meū. limita-  
 re influentiā diuine bonitatis. qz oēs moēs  
 sui michi placent. Et quid insanis. q̄ vel-  
 le diuinā cōplacentiā regulāe. hoc tūc fab-  
 quā est. quod nō placet michi. deo suspitor nō  
 placere. Cū em̄ vides eos circa exteriora ipli-  
 caribunt cogitāe debes. q̄ illa ad laudē sui  
 creatoris referant. et magis in illis. circa  
 Deū afficiātur. q̄ tu cū te recte cōuertis ad  
 Deū. Fortalle em̄. qz sic deū diligūt uehement.  
 ipm̄ student querere. ī oibus creaturis. p̄ sin-  
 gulas creaturas. qz ipm̄ eē in oibus. rīmō  
 laudabilē. diligentem. et desiderabilē. eē re-  
 cognoscūt. et hoc ē magnū eorū gaudiū. et  
 letitia. cū vident in rebus vilissimis. suam  
 bonitatē. potentā. et sapienciā. mirabiliter  
 cōmendātiā. et ideo forte. illa vilia sic libent  
 p̄tractāt. nec assimilātur nobis. quibus oīa

hō



Sunt nocua et fortasse qm̄ credimus eos oculos  
ēētūt inenarrabili leticia spūaliāteri  
p̄fundant. quāuis hoc dissimilent sapient.  
aut qz reputant. se ēē viles nō p̄sumūt sic se  
diuine faciei. cōtinue p̄utare sed se vilibus  
adūgentes ipm̄ nitātur reuereriā corde. ita  
tū qz ipm̄ in veritate aliqui cōtemplent. et p̄t  
ēē vō. quare sic sepe cū alijs iocūdāt. qz orit̄  
eis leticia. qz sic viles hoīes sicut se existimāt.  
p̄t cū eis quos filios dei reputāt. cōsolari.  
**E**t si dicitis p̄pter aliquos. ergo deberent cū me  
lioribus cōuersari. duo qz forte illos meliores  
reputant. qui minore simulant sātate aut  
forte ēē cū illis. nō r̄putāt se ēē dignos qz ni  
mis a cōuersatione eorū videt̄ eis ēē dissimi  
lis vita sua. et sufficē eis videt̄. si p̄t cū illis  
filijs dei ēē q̄s valeant aliquantū imitari. Sa  
unt em̄ qz in herbentibus simbulū facilius est  
transitus. aut forte nolūt ēē cū nimis p̄fās.  
ne sua bona intentio cognoscat. **P**otes eadē  
cogitare. qz hic fortasse cōcessit dñs sibi. ut or  
ta ista extrinseca iplurēt. et cū fr̄ibus cōuer  
sentur. qz sic est deū difficilius posside qz si so  
litarij p̄manerent. et q̄nto tū maiori labore  
et pugna deū optinet. tanto est laudabilis.  
eis. **Q**uis dubitat. qz si hō ipluratus negotijs

ante actiue. ad deo possit p̄f̄e dilige deū. sicut iste.  
qui moratur solitarie. q̄d ei laudabilius est. et  
certe ubi est maior resistētia. ibi magis ali-  
quā incenditur vis amoris. et p̄ multiplicē in-  
tentionē actus. siue feruoris. augetur substā-  
tia caritatis. et in magis p̄mū allequūtur.  
**Cū** ergo eos credis p̄dere. ip̄i lucrantur. et cū  
estimabis. in p̄iā istinos eos inuenire. sup̄ te-  
inuenies exaltatos. si tū ibi fueris. multum  
est em̄ timendū. ne sicut eorū hūilitas. ip̄os  
exaltat. ita n̄rā sup̄bia. q̄ oēs alios volumus  
iudicare. nos deinat in iternū. **Aut** cogita de  
eis. q̄ ip̄i magis approbant. deo seruire posse  
in h̄is. ad que se inueniūt promptos. q̄ attēp-  
tare ardua. et ibi deficē. sicut facis. multū  
em̄ reputant. uel reputare debent. in cōgruū.  
aliquid tanto d̄no agere ip̄f̄e. **Aut** forte. tam  
magna in occulto. q̄ p̄ua in publico. tā terre-  
na q̄ celestia temptant face. ut in oībus. ab  
eis inimicus humani ḡnis ip̄ugnet. et ip̄i ab  
oībus mereantur. **Et** quis tibi sic imp̄f̄a mi-  
deantur. forte plus in uno motu interiori. me-  
rentur. q̄ in multis. p̄mo forte q̄ tu. in alijs oī-  
bus. et cum hoc ignoēs. minoēs te nō iudices.  
eos. sed lauda deū. qui te eis dignatus est so-  
ciare. quorū fortasse meritis. sp̄ūaliter uiuis. **Et**

si nō uiuis p eos forlitā uines hoc autē dici  
ad r̄p̄mendā d̄yabolitā temptatiōem. et  
q̄uis sic sit aliqui aut possit eē. et sic de pro  
uno sit credendū. sicut tactū est. tū simpliciter  
michi magis placet et credo. q̄ plus placeat  
deo vita cōtēplatiua. q̄ actiua. et vita solita  
ria. q̄ domestica. et magis placet honestas.  
q̄ dissolutio. et haec magis credo eē eligen  
dā. q̄ illā. q̄ si illa possunt ordinari ī deū. et  
a sapientibus ordinentur tū sp̄q̄d̄ p̄p̄inquū  
est. sicut magis est eligendū. et magis ip̄e si  
uis q̄ id q̄d̄ est ad finē. Et si ita se hēant. ista  
tū nō est dubiū q̄ plone iste ita se hūtes hūnt se  
ut excedentia. et excelsa. nā aliqui actiui. in  
noris sūt caritatis. et meriti. q̄ aliqui cōtēpla  
tiui. et ecōuersa. et aliq̄ domestici. q̄ solitarii.  
et aliqui dissoluti. q̄ honesti. et ecōuerso. q̄d̄q̄  
tū nos hēamus. dūmō deo placeamus. mag  
eēt q̄ in tanta multitudine hoīm. pauci sūt  
deo grati. Cuius rei cā. debemus cotidie p  
nobis et p̄ ip̄is nō modicū lacrimari. et qua  
si cōtinue deū deprecari. ut dignaret. nos fa  
cere sibi gratos. aut si sumus. vlt̄. in grā cō  
seruaret. Q̄d̄ nobis cōcedat qui p̄pter hoc  
uoluit incarnari. et letalit̄ vulnerari. **Dea. m.**  
**ē cont̄ sup̄bos. et de se presumentes.**

¶ i fine

**O**supbeluiferi imitator rñde nūqd te co  
 gitas ee deū au oīa ee a deo ignoas.  
 Si ergo a te esse aliquid protestaris. certe te  
 deū ee fateris. sed amplius vide. vñ tua ista  
 tua rprimat. nōne de alienis. Stultū ē glari.  
 Cū ergo cūcta sūta deo. quid hēs qd nō accepit  
 ti. Si ergo glaris de aliquo. te cōpbas ee Stultū.  
 Si aut hoc ignoras. te cōprobas ee ceai. Au  
 di ergo iulane. si glari vis. et Stultus apparere  
 nō vis. erudite que nō sunt tua. et de reliquo  
 glieus. sed certe. si oīa nō tua erudiseris. in  
 nichilū redigeis. ergo de nichilo gliare. si nō  
 vis incurre vanitatē. Sz specialius a dona  
 gratū facencia. descendamus. de illis glari  
 nō potes. qz hec te hēre ignoras. ymo si glia  
 ris. nō habes. dicit etiā aplus. Qui se putat.  
 aliquid ee. cū nichil sit ipē se sedunt Sz etiā  
 q tu hēas. supponamus. qualiter aut ea pos  
 sideas. videamus. tibi infideli seruo. pditi  
 dñi. destructori tu. iusticiā quā possides. he  
 uigillamus dñs. tāq pānū albillimū tibi  
 dedit. et tū eā stillare nō cessas. sāguie men  
 struoso. Sz o plene velania. utinā saltē fron  
 tem mulieis hēres meretricis. Quelo que  
 lit meretē. sic corrupta. q de mēstruo glietur.  
 ymo qñis uelis. iuenias meretricē. q de hoc

nō itime confundat. nec etiā hoc audet suo  
amantissimo sponso enarrare seu ruelare.  
**Q**uid ergo stultissima in malitia gliaris. si  
tū semel in mense. ad modū mulieris defices.  
hēres tam forsan aliquā gliandi. **S**z erubescat  
et dole. qz cōtinuus uel quasi cōtinuus ē fluxus  
tuus. **S**i ergo a te est tū malū. et a deo.  
tū bonū. nō in te. sed in deo glieris. et de tua  
turpitudine. corā diuine oculis maiestatis.  
cōtinue erubescas. sicut deficere nō debil  
tis. **S**z dicas in me de cetero nolo gliari. sed cu  
pis ab oībus cōmendari. **S**z impie latro.  
audi nō estultū est. largissimo dño. qui oīa  
tribuit habuit. furari sibi id qd est ei carū.  
lunū cū videat. et sibi dispiceat. et subire nō  
valeat. sic stultus est. qui ab hōibus laudem  
querit. **I**deoqz cū vniuersa ppter semetipm.  
opatus sit dñs. oēs laudes. oīa qz laude dig  
na. ad honorē referas dñi. dei tui. **I**n teipō  
hoc cogita. diligenter. qz ad hoc creatus es.  
et redēptus. ut nō tu. sed deus in tuis opi  
bus cōmendetur. **T**u ergo dñi voluntatē  
fideliter exequaris. ut laudē abhorreas.  
dñm deū tuū. ab oībus gaudeas exaltari.  
et quāto magis. ab aliquo cōmendatur.  
tanto ī maius gaudiū eleueris. **E**t studeas.

quantum potes in te mente lingua. et ope do-  
 minum deum tuum omni tempore honorare. **S**p ac-  
 tu suam laudem. intendens. **S**i enim bene dili-  
 geres dominum deum eiusque honorem appeteres.  
 ut deberes. malles quibuscumque amarissi-  
 mis. **S**p palam. et stercus ab hominibus reputari.  
**V**no tanquam stercus ab hominibus abhorre-  
 ri. et tanquam lutum fetidissimum. ab omnibus con-  
 culcari. quam quibuscumque deliciis habundare.  
 quatuordecim honoribus elevari. et quantum  
 cumque proui corporali solpitate. si inde dominus  
 deus tuus amplius laudaretur. eam  
 supposito. quam par est primum. utrobique hoc de-  
 beret gratissimum esse nobis. ut altissimus  
 dominus deus noster. a nobis et de nobis. aliquid  
 munus. tantum laudis reoape dignaretur.  
**S**ed propter nostras miserias. et contrarium nituntur.  
 tota die. **S**ed o mira. et ineffabilis. amabilis  
 clementia saluatoris. que tam benignissime.  
 nostris miseris condescendens. quis illam  
